

Johann Georg Dorsche

**Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Georgius Dorscheus,
Argentoratensis D. ad Funerationem ... Viri Dn. Jacobi Lembken/ Senatus
Rostochiensis Assessoris Senioris & Camerarii longe meritissimi, XXI. Iul. ...
fatisfuncti, Omnes Omnium Ordinum Literatos ... vocat, rogat, hortatur ...**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014497>

Druck Freier  Zugang



Dorscheus, J. G.

in

J. Lembke.

Rostock, 1656.





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
JOHANNES GEORGIUS
DORSCHEUS,
ARGENTORATENSIS D.

ad
Funerationem
AMPLISSIMI & PRUDENTIS.
SIMI VIRI

DN. JACOBIGembken

Senatus Rostochiensis Assessoris Senioris
& Camerarii longè meritissimi,

XXI. Jul. circa vespert. IX. fatiofuncti,

OMNES OMNIUM ORDINUM

Literatos & Cives cum primis Academicos,

in
funeris honoratissimi cohonestamentum

Superstitum benemeritissimorum solarium
per amter & officiosè vocat, rogar, hortatur,

AEGIDII BIBLIOTHECA
ROSTOCHIENSIS
ex tua atq; mortalitatis indesinente
orationem à Dn. JESU precatus!



ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

Anno 1656.



E infantibus Isaaco & Rebeccæ divina benedictione donatis, qui in utero adhuc latitantes miranda & ipsi matri terribili vicissitudine collidebantur, de quorum successibus & futura felicitate responsum dominicum edebatur, quo in populos ex ilis prodituros, insperata lege, singulari discrimine, divina benedictio dispensatur, qui in ipso etiam egressu ex utero indicia futurae discrepantiae ediderunt, & parentes & alii, ad quos fama rerum præteritarum emanavit, suspensi fuerunt. Paucis autem Spiritus Sanctum omnem hæsitantium sive spem sive metum satiavit, cum Gen. 25. 27. dixit: וְהַעֲשֵׂה אֶת־צָדְךָ אֲשֶׁר־יֹאמְךָ אֱלֹהִים **תִּמְשָׁבֵךְ אֶלְيָהוּ** Sanctes Pagninus reddit: Et fuit Esau vir sciens venationem, vir agricola. Et Jacob erat vir perfectus, manens in tabernaculo. Arias Montanus Hispal. corredit: Et fuit Esau vir sciens venationem, vir agri. Et Jacob vir perfectus, manens tabernaculo. Leo Judæ, Tigurini, & qui hos sequitur Francisc. Vatabl. Professor Reg. Parisiensis habet: Factus est Esau vir gnarus venandi & homo agricola: Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculo: Fere in eandem sententiam Contr. Pelicanus Rubequensis Com. h. l. Factus est Esau vir gnarus venandi, homo agrestis: Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculo. Sebast. Munsterus Basileens. parum mutat, cum reddit: Et fuit Esau vir gnarus venandi, vir campi: Jacob vero fuit vir integer, habitans in tabernaculo. Seb. Castalio more suo elegantias affectat & reddit: Fuit Esau vir venandi peritus & agrestis; Jacobus autem vir integer tabernaculorum habitator. Franc. Junius & Imman. Tremellius ita exprimunt: Erat Hesau vir peritus venationis, vir agre-
stis

flis; Iacob vir integer habitabat in tentoriis. Et in notis marg. n. 27.
pecuarium & rem domesticam exercens: ideo tentoriis in plurali scribit;
q. d. vel domi erat, vel apud greges, ut Gen. 4. 20. Jubal degeniuus
in tentoriis auctor fuisse dicitur. Joh. Piscator ad transl. Junij: pro vir
agrestis; Malim vir deditus campo, h. e. venationibus. Metonymia subje-
cti. Hebr. Vir campi sive agri. Genitivus subjecti. LXX. Interpp. in Æ-
gypto reddiderunt: οὐδὲν ἦν ἡστὸν ἀνθρώπος εἰδὼς κυνηγεῖν ἀγρο-
νός: Iancōß de, ἀνθρώπος ἄπλαστος δικῶν ὁν δικαία. Bryling. red-
dit: Et fuit Esau homo sciens venari, rusticus: Jacob autem fuit homo
simplex habitans domum. Onkelosi paraphrasin Chaldaicam h. l. ita-
redit P. Fagiis Prof. Argentorat. Factus est Esau vir venatoris obertans
in agris) Jacob vero erat vir integer (minister domus doctrinae.) In
notis Fagiis addit. Chaldaicē ad verbum est, Vir egrediens in agrum.
Intelligit eum fuisse hominem sylvestrem & campestrem, h. e. venatorem,
qui delectatus fuerit rure, seculando & venanda seras, ut sunt hodie no-
stri nobiles; vult dicere: Er ist ein Jäger/ Spazierer/ und Müßig-
gänger gewesen. Quod vero dicitur de Jacobo, quod fuerit minister
domus doctrinæ, per hoc intelligit, quod Scholas Rabbinorum, quatum
populum docebant, frequentarit, & quod legi divinae pietatiq; operam
dederit. Scholam enim Hebrai vocant domum doctrinæ. B. Lutherus
Esau ward ein Jäger und ein Akermann. Jacob aber ein fromm
Mann/ und blieb in den Hütten. MScritm antiquum German. ita-
habet: Esau ward gemacht ein gelehrter Mann zu jagen und ein
Akermann. Wann Jacob was ein einfältiger Mann/ Er entwehle
in den Tabernakelen. Belgica antiqua translatio habet: Esaw were
een Jager/ en een Akermann / Maer Jacob een vroom Man/ ende
woonde in de Hütten. Joh. Dierenberg hic, cum alias sumiam-
agat, interpretem agit: Esau ward ein wugeschickter Jäger und ein
Akermann: Jacob aber ein frommer und schlechter Mann/ und woh-
net in den Hütten. Joh. Piscator ita: Esau ward ein Jäger/ ein
Wäidmann: Jacob aber war ein aufrichtiger Mann und wohnete in
Zelten. Ad quæ posteriora verba ita notat: das ist: Er begab sich
auff die Haushaltung und Viehzucht. Also wurde von Lohr ge-
sagt/ das er habe Schaaff und Kinder und Zelten gehabi. Conf.
Gen. 13. 5. & c 4. 20. Anglica ita habet: And Esau was a Cunning
hunter, a man of the field: and Jacob was a plaine man dypylling in-

rent. Cunning (Germ. Ründig) hunter, est peritus inagare feras, & ris insidiari, ut habet Barrettus in Alveario. Gallica Genevensis habet: & Esau estoit homme entendu à la chasse, homme des champs: mais Jacob estoit homme simple, se tenant es tabernacles. Italica Joh. Diodaci habet: & Esau fu huomo intendente della caccia, & huomo di campagna. Ma Jacob fu huomo semplice, che si stava ne' padiglioni. Et in marginal not: Esau non fu di costumi riposati, e caserecci, come Jacob. Claudit Vulgatus interpres, qui ait: Factus est Esau vir gnarus venandi & homo agricola; Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Sic translatores judicij Spiritus Sancti. Sistuntur diversis moribus, separatis studiis Esavus & Jacobus. Esavi inclinatio primaria & praecipua fuit, & ob id exercitatio cotidiana, ad Venationem & capturam ferarum; Jacobus ad omnia alia inclinabat, in omnibus aliis sese exercitabat. Esavo venationis studium tribuitur aperte: quod autem vir agri dicitur, dum nonnulli ad agriculturam referunt, exploditur à Riveto, Pareo, Piscatore; nullo fundamento. Imò in contrarium favet textus, quo jam satis explicatum erat venatoriū ingenium, cum dicebatur vir gnarus venationis, ut non necesse fuerit, cum virum agri dici, quia ibi feras sectabatur; constat enim post formacem raro capi. Aliorum ergo spectat spiritus sanctus, sc. ad agriculturam, cum cum virum agri nominat. Neq; sunt ista studia venationis & agriculturae contemenda & separant hominem à consortio Dei, nisi primarias vitæ humanae partes occupent & functiones sanctas atq; ad animarum profectum pertinentes intervertant. In quo Esavum deliquisse ex eo manifestum est, quia studium perfectionis & tabernaculorum omittitur à Spiritu S. in ejus descriptione. B. Lutherus id Comm. in Genes. graphicè depingit: Esau, inquit, Esau vir gnarus venandi & vir campi. Sc. Dominus Poeta & factor ille securus est & inflatus propter primogenitutam, & paulatim cedit de premiūfione & spiritu in gloriam carnis. Audit enim quod, sit Sacerdos & Dominus. Inde statim oritur contemnus fratris & donorum spiritualium, & sequitur superbia carnis. Contra Jacob modestus est, humilis, quietus & simplex, non effert se immodice, nec querit gloriola. Ist der Säckträger und Wasserräger. Estq; hoc initium horribilis lapsus Esau & imago totius mundi, qui sic ruit à spiritu in carnem. Contemnunt n. modica, humilia, luctuosa, periculosa, vexationis

A 3

vexationis

rexationi & molestia exposita. Et querunt gloriam, querunt pacem, opes
& amicitiam potentum. Sed non sentit initio casum suum Esau, donec be-
nedictione spoliatur. Interim superbit, non curat, aut colit Patrem, du-
cit uxorem de Cananæ, & nimis consideranter præsumit, se tantis bonis non
posse excidere. Qui mos perpetuus est omnibus hypocritis & præsumtuosis.
De plus dicunt; sunt hæretici, maledicti: nos sumus filii regni, Ecclesia, & po-
pulus Dei. Ideo Esau quoq; arrogavit sibi Episcopatum, & summam guber-
nationem in Ecclesia Abræ; non multum curavit obedientiam matris, ut
Jacob. Quia servile videbatur oboediens matri in istis leviculis & domesticis
actionibus, quæ ad servos pertinent & ad Jacob.. Ego sum Dominus, cogi-
taris: Jacob mihi Wasser holen. Sum Dominus in utroq; ordine, Jacob
est servus meus. Ideo planc securus est & doligit genus virtutis non molestum,
aut laboriosum, sed gloriolum & splendidum. Et factus est Esau, inquit
Mosæ, vir gnarus venandi & vir campi. Non ut esset agricola (tuis labo-
rando manibus) in campo; quamquam habuit haut dubie fundos & possesi-
ones. sed est antithesis & collatio studiorum utriusq; fratri. Esau exerce-
bat se in agri yenando & equitando & bellando. Quid Jacob? Erat sim-
plex & integer, habitans in tabernaculo. War ein Mann der sich sein
stil hielte. Impossibile a. est, quin & in alia multa via prolapsus sit
Esau. &c. Hæc & alia plura B.Lutherus conjecturis perspicacibus in-
dagat. Eo non penetrat Conr. Pelicanus Comm. h.l. cum adversus
Esavum nihil, adversus Jacobum a. acerbius loquitur. Esau, inquit, Ve-
nator & agricultor incumbebat operibus de genere bonis, ac DEI mandato post
lapsum hominibus injunctis, sc. agriculturæ, labore manuum, sudori vul-
nus, ferarum venationibus, quæ sane occupationes utiles erant & necessa-
ria. Jacob simplex dicitur, in tabernaculo & domi habitans, quod us
ambiguum, sumi potest in bonum & malum. Sic igitur dolue, vafricies, in-
tractabilitas, inclemencia ad fratrem famelicum, mendacium ad Patrem
laudem non habent, sed vituperium. sic Pelicanus: planc contra intentionem
spiritus s. qui docere vult, quomodo magis magisq; indicis
Esavus à viis dominabierit, generi virtutis planc tanto patriarchæ filio
non convenienti sese mancipaverit, cum in se descendere & æternam
cogitare debuerit, ipse rus & sylvarum opacitates cogitare & fre-
quentare maluerit; cum ex adverso Jacob ad consilia divina com-
positissimum animum exhibuerit. Et ubi quælo tanta Esavo necessi-
tas

tas imminebat, ut indagini ferarum omnem vitam impendere necesse habuerit? Ambiguitatem, quam Pelicanus somniat, difficitur Lutherus, cum ait: Omnes verterunt Tham simplex albet, cum tamen Hebraeus textus hoc non velit. Tham n. non significat simplicem mente & intellectu h.e sine solertia & industria, sed voluntate simplicem, rectum, integrum, candidum. Eadem vox est Psal. 119. beati immaculati. Jacob n. non fuit stolidus, sicut postea apparet, cum a fratre emisit primegenita. Lyra etiam sic interpretatur. Sine plica dolositate, non simplex propter defectum industrie. Talu non fuit Esau. Sed voluntate fuit multo astutior, quia uxores duxit geniles & mixtus est Cananeus. Venatores non sunt integri, saepius accommodant sua studia ad diversitatem temporum, rerum & personarum. Jacob a. est simplex & constans, non fluctuat personu, nec mutatur cassibus, non tamen est fultus. Quod a. dicitur, illum fuisse habitatorem tabernaculorum, pulchre interpretatur B. Lutherus p. 369. Jacob, inquit, non est vir campi, non sequitur politica & carnalia (sc. tantum, ut Esau:) quamquam politica possunt pie & recte administrari. sed fuit totus & frequens in tabernaculo, i. mansit domi apud Patrem & matrem, & in servit. Ac Lyra recitat sententiam Iudeorum de tabernaculo, quam valde probo, quia sumta a Patribus. Dicunt n. intelligi non aëconomica tantum tabernacula, sed etiam Ecclesiastica: cuiusmodi Mosis tabernaculum dicitur & tabernaculum sacrum intelligitur. Nos vocamus templo & scholas. Eo a tempore nulla erat differentia tabernaculorum sacrorum & aëconomicorum. Abram habuit in suo tabernaculo Dominum Dei & Ecclesiam. Sic tabernacula illa, in quibus versabatur Jacob, erant sacra, ibi primum quarebat regnum DEI. Contra Esau quarebat mundi regnum, ideoq; utrumq; amisi, mundanum & spirituale. Ergo Jacob ad tempus fuit minor & inferior fratre, sed hanc ejus animus & fiducia tota in Deo, & fuit bonus & pius juvenis, frequenter & lubens visitavit templo & scholas, didicit verbum & bonos mores, audiuit conciones Patriarche Sem & aliorum, sicut Hebrei annotarunt, & ex Patribus hauserant, quod locus iste debeat intelligi de tabernaculo Sem & Heber, qui vixit LXXX. annos cum Jacob. Wolfgang. Musculus Com. h l. Arbitror, inquit, simplicius esse, ut sentiamus, eum contentum fuisse eo vita genere, quod viderat in parentibus. Erant a. Pastores & utebantur tabernaculis ad pascendos greges necessarios. Illu immorabatur, custodiendis gregibus

regibus intentus, quo vite studio usus & posse a est in Mesopotamia. Hinc
quod de tabernaculis sacris dicitur, sine autoritate & sensu praesenti scrí-
piuta dicitur. Ita & loquitur P. Martyr. h.l. Joh. Mercerush. I. eam sen-
tentiam argutiorēm vocat. And. Rivet in Gen. exerceit 116. nullo niti
fundamento dicit. Paræus Comm. h.l. fluctuat etiam, & addit, Sem &
Heber jam fuisse vita defunctos; cum tamen, ut ex chronologica
extensione Chr. Helvici apparet, circa quadragesimum nonum annum
etatis Semus demum fuerit mortuus, & Heber, cum jam septuage-
simum octavum etatis annum ageret Jacobus. Dan. Angelo-
crator in chronologia autoptica mortem Semini alligata ad Ann. Aet. Ja-
cob 50. & mortem Heberi ad ann. aet. Jac. 76. servitutis Mesopotami-
æ 2. Nec dissentunt Leonh. Crenzheim. in chronol. & Clem. Schu-
bert. in scrupul chronolog. Etiam dubitanter loquitur Cornel. à Lap. &
Mart. Delr. h.l. qui ait: Hebrei volunt, adisse scholas literarias & à Mel-
chisedeco, quem Semum putant, institutum: crediderim patens paternæ &
senis Abrahe opera usum. Aperte favebat Bened. Perer p. 7.61. Quid est,
quod subditur, Jacob habitasse in tabernaculis. Secundum Cajetanum
habet hanc sententiam, Esau studiose agricultura & venationi, Jacob a.
domesticis officiis & cultura animæ sua vacasse. At secundum Hebraeos, ut
referunt Lyranus & Tostatus, nomine tabernaculorum significatur schola-
rum locus, quas frequentabat Jacob addiscens sapientiam & Dei timorem.
Et unum quidem tabernaculum erat ipsius Melchisedech, qui erat vir sapiens
& sacerdos Dei excelsi, alterum erat ipsius Heber, qui erat propheta & de
divinis rebus auditores suos docebat. Et cum ista Hebreorum expositione
satis concordat paraphrasis Chaldaica. Certe insipienti scripturam fal-
sum appetere esse, quod dixit Musculus, cum sensu ejus pugnare in-
terpretationem de tabernaculis sacris. Nam i. id in mansione in taber-
naculis potissimum includendum, ex quo ḥ. integritas, pietas,
sinceritas, perfectio vera comparari poterat. Eequid n. ḥ. dicere-
tur, qui id, quod præcipuum est, neglexit? At ea comparari poterat
mansione sufficienti in tabernaculis sacris & doctrinæ. 2. Cum lauda-
tur Jacobus, quod ingenio fuerit cōposito & perfectionis studiose,
unde libenter in tabernaculis perseveravit, procul dubio committendū non est,
ut dicatur, Jacobum palmarium maximumq; taber-
naculorum Patriarchalium decus atq; ornamentum non frequentasse,
quod

quod est schola pietatis & locus cultus divini, praesertim superstibus
tot magnis & grandavis Ecclesiae Doctoribus. Adde quae hic commi-
niscitur Jacobus Boulducus Capucin. de Eccles. Antemosaic. lib. 3. cap.
8. & seqq. Hæc de Jacobi Patriarchæ studiis & immani ab Esavo fra-
tre suo discrepancy commentari placuit ad denunciationem beatissimi
obitus Amplissimi & Prudentissimi Viri, Dn. JACOBI Lembken, Civis
patricii & Senatori veterani meritissimi, Amici, dum viveret, mei ho-
noratissimi & nunc desideratissimi. Deprehendemus enim in hoc JA-
COBO, quæ illius ingenium moresq; referant, si laudatissimum vitæ
eius currículum repetierimus. Viveret hanc miseram vitam, h.e. mor-
talis esse cœpit Anno Chr. 1596. 29. Augusti. Editus a. fuit in hanc lu-
cem honestissimo loco, patre Dn. HERMANNO Lembken / b. mi-
senatorio viro & de publico bono præclarissime merito; matre gravissi-
ma & omnibus virtutibus sexui illi congruis decoratissima matrona
MARGARETA Beermannus ex vetusta Beermanniorum & Croni-
orum familia prosata; que cum JACOBUM nostrum feliciter eni-
xa esset, in Domino expiravit. Avus paternus ipsi fuit, amplissimus &
prudentissimus vir, Dn. JACOBVS Lembke Consul civitatis hujus gravissi-
mus & dexterinus. Avia paterna, ornatissima virtute & pietate
Matrona THALIA Beselins ex antiquissimo Beselinorum genere
oriunda. Avum maternum habuit spectatissimæ virtutis Virum
Dn. JOHANNEM Beerman / præcipue dignationis apud nos
Civem. Aviam maternam, veteris ornatus Matronam ANNAM
Khrong. His ex originibus vitam humanam hausit Dn. Jacobus
noster, Christianam & novam, ex saluberrimis baptismi fœdera-
lis undis. Ad hanc tum pietatis solidæ documentis, tum honestæ
exercitationis incrementis, tum etiam varia eruditiois orname-
tis condecorandis ab ipsis, ut ajunt, teneris unguiculis efformatus
est. Parentis enim, vir accuratae disciplinæ in id præcipue sibi enigen-
dum censuit, ne bonis exemplis familia ipsius destitueretur. In
œconomicis non tantum adhibitus fuit domi, sed etiam foris, in villis
Stukenberge & Kussewitz, agrestis & sylvestris industria specimina,
patri suo venerando & Novocæ optimæ, ELISABETHÆ LUSCO-
VIÆ, probatissima edidit. Annum Chr. 1617. Comitiu Ratiobonensi-
bus videndis & lustrandis superioris Germanæ regionibus utiliter
impeditie. Annum Chr. 1618. insignivit nuptiis exoptatissimis cum
præ

præstantissima femina ANNA Gribnisen / Eximii Viri, Dn. HENRI-
CI Gribnisen/ Civis h. l. primarii, filia, vidua cum Da. JOHAN-
NIS SCHMIDII, Civis apud nos optimi. Nuptias altero anno
sc. 1619. secutus est ex hoc conjugio partus æltimatissimus, filii sc.
primogeniti, Amplissimi & Excellentissimi Viri Dn. HERMANNI
Lembken, J. U. D. P. P. & in provinciali Consistorialiq; judicis respecti-
vè Advocati & Procuratoris consultissimi, Dni. Collegæ & Amici mei
honoratissimi, hoc uno infelix, quod mater ei vitam impendere
necessæ habuerit. Sed gaudia ex Dn. Filio suo percepta tristem
amissæ conjugis expunserunt memoriam. Nam & ipse obsequio
suo & prosperrimo ad hanc famam gradu parentem exhilaravit &
ducta florentissima Conjuge ELISABETHA SCHNITTERIA
avum fecit parentem suum, nepotibus ipsi oblatis quatuor, filiolis
duobus & filiolis itidem duabus, quarum unam ante triennium ad fa-
miliam suam in cœlis superstitem præmisit. Annum Chr. 1620.
post lugubria posita B. JACOBUS noster lætum esse voluit redin-
tegrata familia & domum ducta lectissima nobilissimæ Virginæ AGNE-
TÆ, Nobiliss. Jcti NICOLAI Papken Filia, quam, cum usq; ad An-
num Chr. 1644. amabili coluisse connubio, in puerperio filioli MAR-
CI non diu superstitis, à se divelli cœlitus rursus videre necesse habuit.
Tristibus his paternæ afflictionis, documentis geminis, tenta-
tum B. JACOBUM nostrum clementer respexit DEUS, &
Anno Chr. 1625. sociavit florentissimæ Virginæ ANNÆ Havemanns/
Spectatissimi Civis hujus loci , Dn. VALENTINI Havemanns/ b. m
filii dilectissimæ, nunc post XXXI. annorum florentissimum conju-
gium moestissimæ viduæ. Superavit hoc matrimonium non solum
diuturnitate, sed etiam fœcunditate anteriora. Progerminavit in eo
primum FILIA, MARGARETA nomine, Anno Chr. 1628. 17.
Januar. quæ Anno Chr. 1647. in florentissimo ætatis statu nuptrum data
est viro plurimum reverendo, amplissimo & excellentissimo, DN. HER-
MANNO Schuckman/ ss. Th. D. & Prof. Publ. clarissimo, Consistorii
Ducali Assessori gravissimo, Domino Collegæ, Amico & in Christo fratre meo
honoratissimo. Exhilaravit hæc & parentem suum , B. Dn. JACO-
BUM nostrum, quem perenni obsequio venerata est, sed & Veneran-
dum SENEM, Dn. HENRICUM Schuckmann/ Ampliss. Jctum, an-
recessorem Acad. hujus excellentiss Consistorii Ducalis ASSESSOREM


B

eminentissimum &c. Sacerum suum. Hoc sane amabilibus in primis
nepotibus auxit felicissime, masculis tribus, femellis duabus. Deinde
ex tertio isto matrimonio prodiit Anno 1634. filius *Jacobus I.* sed qui
decem septimanarum spatio vitae cursum consummavit. Prodiit
deniq; Anno 1636. *Jacobus II.* ita hactenus in studiorum
suum curriculo servidus, ut nunc GREIFS WALDIAE
penitiorem cum bonis literis conseruidinem faciat. Sic quatuor li-
teris novemq; nepotibus B. *Jacobus noster* economiam vidit ex se au-
ctam, unde respubl. effloresceret. Sed publicam interim ille rem in
ista economica fecunditate multis beavit auctibus. Inde in consor-
tium sollicitudinum publicarum vocatus bene merendi gerendiq; nul-
lam occasionem prætermisit. Anno 1627. jam Civitatis hujus aliqui-
bus rusticis prædiis laudabiliter præfuit. Anno Chr. 1626. in *Cen-*
tum virum concilium cooptatus est. Anno 1629 *Senatorio* augusto ordini
admotus fuit. in quo diversa usq; adeo obeundo perambulavit officia,
ut *Camerarii* & *Senioris* locum obtinuerit, in omnibus privatim publi-
cèq; bonus, industrius, promptus, sapiens, candidus, antiqui mo-
ris tenax, justitiae deditissimus, religonis saceræ cultusq; Dei
amantissimus. Erga suos parentes incomparabilis, erga alios Civis bo-
nus, Amicus apertus, vicinus jucundus, patronus optimus, omnibus de-
sideratissimus. In gravescente ætate cum variis corporis difficultati-
bus aliquandiu hactenus colluctatus est. Sed superioris septimanæ
die, quam veneris vocant, circa vesperam ex caloris præternaturalis
intemperie decumbere cœpit. Abdita in principio vis morbi die
Lunæ erupit vehementibus indiciis adeo, ut illi etiam solertissima
Dom. Medici admota manus occurrere non potuerit. Hinc deli-
quia animi varia orta. Ex his eluctatus subinde, animi sui præsentiam
in imbecillitate corporis contestatus est, & de cordis sui cum Deo mi-
sericordissimo nexu quæsitus, firmissimum eum & invictum
asseveravit. Jamdudum à vinculis terrenarum administratio-
num liber, tanto facilius cœlestibus hæsic. Itaq; eodem Lunæ die
inter gemitus & preces à sancto spiritu excitatas, assistente ultimorum
suspitorum moderatore Ecclesia, circa vespertinam nonam, sine
commocione corporis ulla, placide Deo animam sangvine Filii sui
purpuratam reddidit, & mortali vita clausa immortalem vivere cœ-
pit, Anno LX. Intelligimus ex hac vita Amplissimi Dn. J A C O B I
Lembken periodo, illum fuisse quidem virum gnarum venandi, vi-
rum

rum agri, sed non ut vanitatibus & voluptatibus indulgeret, verum omnia ad bonum publicum referret. Junxit enim hanc peritiam civili prudentiae. Fuit vir ~~—~~ simplicis candoris & ad perfectio nem subinde contendentis animi. Habitavit potissimum in tabernaculis; Oeconomicis, ubi rei familiaris praefuit administrationi; Ecclesiasticis, ubi Deum coluit, animum ad cælestia saginavit, æternitatis desideriis adsuefecit: politicis, ubi consuluit in medium cor datissime prudentissimeq; quæ præteritis remedium, præsentibus sublevamentum, futuris cautelam subministrare poterant. Ex his tabernaculis, in quibus tot annos magna omnium congratulatione versatus est, transtulit eum Summa manus, benignissima pensatrix laborum seculi, ad æterna tabernacula, ad mansiones beatificas, in adyta semper ñæ gloria. Reddat eadem animæ beatæ tandem gloriosu corpus, dispensatis interim uberrimis in superstites solatiis. Quod ter ris reliquit, id nos hodie hora I. pomeridiana, ex ædibus defuncti efferendum, ad ædem Marianam, ut communi matri inseratur, comitari decet. Adeste, CIVES ACADEMICI & quotquot boni publi ci tangimini pia cura, istiq; *bono Quiriti leto date* funus numerosa compositaq; præsentia illustre facite. Dominus JESUS vos sospitet. Dab. Rostoch A.C.R. el. Ioc LVI.
ipso JACOBI.

Congregatio erit in æde S. Jacobi, hora I.
pomerid.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn773014497/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014497/phys_0017)

DFG






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn773014497/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014497/phys_0020)



rum agri, sed non ut vanitatibus & voluptatibus omnia ad bonum publicum referret. Junxit vili prudentia. Fuit vir in simplici canem subinde contendentis animi. Habitavit naculis; Oeconomicis, ubi rei familiaris præ Ecclesiasticis, ubi Deum coluit, animum ad caritatis desideriis adsuefecit: politicis, ubi conditissime prudentissimeq; quæ præteritis rebus sublevamentum, futuris cautelam subministrat tabernaculis, in quibus tot annos magna omnibus versatus est, transtulit eum Summa manus, laborum seculi, ad æternam tabernacula, ad maius dytae semper eternæ gloriæ. Reddat eadem anima bene corpus, dispensatis interim uberrimis in superstitionis reliquit, id nos hodie hora 1. pomeridiana, ex ædum, ad ædem Marianam, ut communis matris decet. Adeste, CIVES ACADEMICI & belli tangimini pia cura, istiq; bono Quiriti leti compositaq; præsentia illustre facite. D
vos sospitet. Dab. Rostock A.C.R. c
ipso JACOBI.

Congregatio erit in æde S. Jacobi pomerid.



, verum
itiam ci-
erfici-
n taber-
nationi;
it, æter-
um cor-
sentibus
Ex his
atione,
ensatrix
icas, in
loriosu
od ter-
fferen-
omitari
ni pu-
nerosa
US